

humanitas

Vol. II

IMPrensa DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA
COIMBRA UNIVERSITY PRESS

FACULDADE DE LETRAS DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA
INSTITUTO DE ESTUDOS CLÁSSICOS

HVMANITAS

VOLUME II



COIMBRA
MCMXLVIII-MCMXLIX

Ad poemata aliquot Sapphus et Alcaei adnotatiunculas scripsit

CARL THEANDER

Fragm. Sapphus inc. lib. 32 L=59 D ex oratione sumptum est Fauorini, falso nomine Dionis Chrysostomi tradita (1) numero xxxvii, p. 47 (ii, 29 Arn.), ubi codd. μνάσασ^αί τινά φαμι καί ετερον άμμεων praebent. *Casaubonus* μνάσεσ^αί periclitatus totum tamen uersum non sanauit, *Volger* καί ύστερον legendum censuit, *IVilamowiti* (2) ex eodem carmine fragmentum prouenisse ratus atque γ 3 App. L = 58 D Asclepiadeum metrum restituere conatus medio uersu <ώ φθονερά > temere inseruit, quo scilicet opprobrio άμουσος illa καί άμα3-γ1ς γυνή (3), in quem uerbis κατ9-άνοισα δε κείσηι κτλ. inuehitur poetria, lacerari existimat. Quam lectionem *Diehl* recepit; *Lobel* more suo cautus «potest fieri», inquit, «ut etiam μνάσασ^αί recte se habeat, deinde tamen «fortasse», pergit, «άψερον praestat». Certe μνάσασ^αί καί άψερον de tempore futuro uix dici potest. Immo dictionem potentialem μνάσεσ^αί τινά φαμι <κε> καί άτερον (4) άμμεων ueram esse paene pro certo habeo; quae emendatio, cum κε et καί multo iam ante ea tempora quibus exarati sunt codices Dionis eodem modo pronuntiari coepta essent, nihil nisi errorem tollit eius generis quod απλογραφίαν nominant uu. dd. Infinitiuui potentialis exemplum praebet etiam fragm. Alcaei ηο (b)L = gAD

(1) Cfr. *Norden*, *Gesch. d. Kunstprosa*, i, 422 sqq.


(2) *Sappho und Simonides*, 88².

(3) Cfr. *Erani uol. xliii*, p. 63.

(4) Sic dialectus, cfr. *Sā* 1, 14 L = 23, 14 D; καί άτερον περκρασιν pronuntiantium, cfr. quae de fragm. Sapphico ä i, ig App.L = 1, 19 Din Erani uol. XXXII, p. 62 disserui.

ὁ δ' Ἀρεὺς φαίσι κεν Ἀφοαστον ἀ^νην βίαι. Quod uero ad sententiam attinet, poetriam posteriorum de se ipsa iudicium praecipientem tam modeste loqui haud dedecuit. Metrum denique, nisi fallor, non est Asclepiadeum, sed πεντάμετρον illud τεσσαρεσκαίδεκάσύλλαβον quo composita erant omnia carmina libri secundi editionis Alexandrinae.

Fieri adeo potest ut fragm. β 8 App. L = 47 D ex eodem poemate haustum sit; quod in codd. Herodianī π. μονήρ. λέξ. ἄ 7 (11, 912 *Lenti*) hoc modo legitur, ψαύην δὲ οὐ δοχεῖ μοι ὠρανὼ 43> ἄσπαρχέα -, ab *Hermannio*, *Lehr sio*, *Ahrensio* excepto ultimo uocabulo ψαύην δ' οὐ δοχίμωμ (3ράν0>(1) emendatum. Μνάσασ&αέ τινά φαμί <κε > καί ἀτερον αμμεων, / ψαύην 3'0ύ ἰοκιμωμ ζράνω /, haec haud ineptum efficiunt tenorem sententiarum, cum Sappho memoriam suī post mortem non statim extinctum iri libere pronuntiet atque tamen eam abominetur ὕβριν qua alii fore ut «sublimi feriant sidera uertice» (2) confisi sint uel confidant.



Volumen Oxyrrhynchium xvm septem abhinc annos publici iuris factum cum quaedam alia haud exigui pretii tum in pap. 2165 reliquias quattuor Alcaei carminum continebat, ex quibus primam et tertiam partim satis bene conseruatas; quae carmina aliquantum conferunt ad res Lesbias, quales temporibus poetae fuerint, cognoscendas. Summa autem tertii, quatenus intelligitur, haec est: Alcaeus amico cuidam Agesilaidae narrat uitam se in praesenti agere rusticam comitia et senatum Mytilenaeorum desiderantem atque uu. 16 sq.

εγ[ω δ' ἀ]πυ (3) τούτων ἀπελήλαμοα
φ[εῦ]/ων ἐσχατ[ί]αις4) ')

(1) Prima syllaba breuis est etiam in fragm. 2 7 App. L — 56 D.

(2) Cfr. uol. Erani XLIV, p. 66.

(3) εγ[ω . ἀ]πυ uol. Oxyrrh.

(4) Apostrophum pap.

conqueritur; paulo infra post sex uersus satis truncatos ita pergit

οι'κηρ κ[ά]κων ίκτος εχων 77όδας
 077τ7α Λ[εσβί]αδες κριννόμεναι φύαν
 πώλεν[τ* έλκ]εσί πέπλοι, πέρι δε βρέμει
 άχω 5-εσ[π]εσία γυναικών
 ιρα[ς ο]λολύ}/ας ένιαυσίας,

unde apparet eum asyli petendi causa ad templum confugisse, in quo mulieres Lesbiae eo ipso anni tempore festum celebrabant certamina simul agentes, quibus diiudicaretur, quaenam inter eas arte et uenustate saltandi maxime excelleret; sic enim illud πώλενται κριννόμεναι φύαν interpretandum esse putauerim. Dubium autem uix est quin, ut commemorauit iam *Lobel*, de iis certaminibus agatur, ad quae spectat schol. A II. 1, 129 πα^ά Λεσβίους άγων άγεται γυναικών εν τω τής Ήρας τεμένει λεγόμενος καλλιστεία (1). Addere autem debuit uir sagacissimus etiam testimonium a *Wilamomt^io* ad fragmentum Sapphus a6L = 28D (2) intelligendum iam ante hos amplius triginta annos adhibitum, epigramma dico A. P. ix, 189

Έ)3ετε τνράς τέμενος j/λαυκώπι<50ς άγίαιον Ήρης,
 Λεσβίδες, αβρά 7703ων β'ήμαΰ έλισσόμεναι,
 εν3'α καλόν στήσασ3*ε &εή χορόν * άμμι δ' υπάρξει
 Σατζ'ώ χρυσειήν χερσίν εχουσα λύρην.
 ολβται ορχη&μου 77ολν^η&έος * η γίνκυν ύμον
 είσα'ίειν αυτής δόξετε Καλλιόπης.

Carmine igitur pap. Oxyrrhynchii χνιυ 2165 tertio cum his testimoniis iam primum exstantibus comparato planissime demonstrari uidetur, cum quotannis in templo Iunonis (έν τω τής Ήρας τεμένει) diuae sacrum celebraretur, Sappho Iyam psallentem chorum duxisse uirginum. Ergo non modo μονωδίας condebat illa, quibus suum gaudium uel luctum exprimeret,

(1) Iunonem simul cum Ioue et Baccho Mytilenis in eodem sacrario cultam fuisse fragmentum quoque pap. Oxyrrhynchii 2165 primum testatur.

(2) De quo fragmento in *Erani uol. xu, p. 144 sqq.* disserui.

non modo, id quod iam pridem constabat, epithalamiis cantandis praefuit, uerum etiam sollemnibus diebus choros instruebat Iunoni. Sed num huic diuae soli uel tum solum ? In uu. 25 sqq. carminis 8 3L = g6D quamuis laceris

κωντε τις [w ^ ου]τε τι
 ἰρεν ονδ' ὕ[μέναιος ?] — (1)
 επλετ, οππ[οζ'εν ἀμ]μες ἀπέσχομεν (2)

se ipsam puellasque familiares a nullo sacro afuisse commemorare uidetur. Atque re uera inter frustula Sapphicae poeseos nobis tradita duo saltem sunt quae ex carminibus sumpta haud temere putes quibus choreas prosecuta esset poetria, primum inc. auct. 12L(3) = g3D

Κρήσσα, νυ ποτ ἐμμελέως πόόεσσιν
 ὄρχην & ἀπαῖοις ἀμγ ἐρόνεντα βώμον
 Ἰ:ζας τέρεν αν3-ος μάϊα.ον μάπεισζι,

deinde inc. 1. 25 L= 107 D, quod saltationem et gestus uirginum festum Adonidis agentium luculentissime ante oculos ponit

Κατ^νάισκει, Κυ&έρη', αβρός *Αδωνις * τί κε %εῖμεν ;
 καττύπτεσ^ε, κόραι, καί κατερείκεσ^ε κίονας.

Quae cum ita sint, quemcumque ceteroquin uictum habuerunt illae uirgines, non uideo cur dubitandum sit quin Sappho consuetudinem cultumque eas docuerit rerum diuinarum aetatis et patriae suae. Siue enim *θιασος* hic coetus appellabatur siue non (4), certe operam sodalium ad religiones pertinuisse omnia demonstrant.

Ynum fortasse restat quodammodo obscurum. Certamina illa quae Iunonis saltem sacris habebantur utrum talia fuerunt,

(1) Cfr. Erani uol. xxxiv, 63.

(2) Nouissimus papyrus legit *Zunt*, *Mnemos.* anni MCMXXXVIII, p. 92.

(3) «Nostrae», inquit editor, «plerumque tribuuntur».

(4) Thiasum fuisse negant uel affirmare non audent *Geffcken* *Griech. Literaturgesch.* 1, p. 89 et *Zunt* 113 .1 .1 ὁ.

ut eiusdem chori tantum altera uirgo cum altera compararetur an chori etiam inter se certabant complures, ex quibus qui maxime placeret primas ferret? Quod quidem quaerere non absurdum uidebitur, si recordatus eris epithalamium illud Catulli *Vesper adest*, quod poesin Sapphicam pro exemplari habuisse omnes fere consentiunt, inter duos choros aemulos diuisum esse (1). Atque eodem forsitan ea quoque ipsius poetriae fragmenta spectent de quibus in uol. Erani ^{xliv}, p. 64 sqq. iam disputauit.

*

Notam fuisse Alcaeo rhapsodiam Iliadis A fragm. 28 L = 76 D, rhapsodiam ® fragm. 158 L = 57 D planissime demonstrant; post illud, quod pap. Oxyrrh. 1333, fragmentis g, 1-8 et 3, 1-7 a *Lobelio* conglutinatis quaecumque est recuperauimus, eadem papyrus alterius poematis habuit exordium, quod ab eodem tribus fragmentis g, g + 18 -j- 3, 8-15 similiter conflatis plus solito integrum euasit, 2gL = 77 D. Est autem haec:

Ἐβρε, κ[άλ]λιστος ποτάμων παρ' Α[Γνον
 ἐξχ[ησ3Γ' ἐς] πορφυρίαν θάλασσαν
 Θραικ[. . . ἐρ]ζυγόμενος ζά γοῦσας
 4 .]ιπ[. .] . [. .]1

καί σε πόϊλαι παρ^ενικαι πέ. [
 . . .]λων μιτρων ἀπάλαισι χέ^[σι
 . . .]α^ θέλγονται το ον ώς αλει[
 8] ν ύδωρ

V. 3 *Lobel* in annotatione Θραικ[ίας uel [ων, u. 5 'πέποισαι uel 'πέποισι, u. 7 αλει[πα = αλειφαρ, u. 6 edd. pr. κάπάλων coniiciunt, quae mihi quoque commendantur. Supplementa cetera primae strophae inuenit idem *Lobel* scholio allato Theocriti vu, 112

(1) Quod Lacedaemone usitatum fuisse parthenia Alcmanis luculentissime demonstrant, cur hoc a moribus Lesbiorum abhorruisse putemus?

Ἀλκαῖος φησιν, οτι Ἐβρος κάλλιστος ποταμών, Διοκλῆς δέ καταφέρεισ&αι αὐτὸν ἀπὸ Ῥοδόπης καὶ ἐξερεύεσ&αι κατὰ πόλιν Αἴνον, ubi tamen scholiastam in eo errauisse arbitror quod falso interpungens κάλλιστος ποταμών legit, non, ut oportuit, κάλλιστος ποταμών. Duo sunt quae hoc mihi persuadent. Primum enim in hymnis et encomiis hymnos imitantibus poetae antiqui nomini eius qui compellatur, siue est deus siue non, praeposito praedicationem solent postponere relatiuam (1), sicut ipse Alcaeus in hymnis εἰς Ἐρμῆν 73, 2 b L = 2 D, εἰς Ἀθηναν L86 = 3D, εἰς Νύμφας 104 L = 11 D. Deinde si κάλλιστος π. legas, necesse erit u. 5 καὶ σε π. π. κτλ. cum prioribus κάλλ. π. copulari («Hebre, pulcherrimus fluuiorum ad Aenum defluis in purpureum mare... et te multae uirgines uisitant»), quae copulatio rerum parum similium parum elegans uidetur. Multo melius poeta, si hoc uoluit: «H., qui pulcherrime fl. e. q. s. . . ., etiam te m. u. u.» Sic enim illa quae hic geri dicuntur cum iis quae interdum in aliorum fluuiorum ripis conspici solent comparantur (2). Vbi nemini u. sqq. legenti non Nausicaae puellarumque illam comitantium in mentem uenire credo, quae ζφ sq.

λοεσσάμεναι καὶ χρισάμεναι λ ζπ' ἐλαίω
δειπνον επει3⁻³ εἴλοντο παρ' οχ&ησιν ποταμοιο.

Dolendum est uerbum enuntiati ὡς ἀλει[πα. . . . ν ὕδωρ, a quo stropham proximam incepisse nescio an necesse sit, intercidisse; equidem αψ ἀφαίρει uel simile quid coniciens Alcaeam «et ex teneris feminibus, teneris manibus <plaudentes>, delectantur tum, cum unguentum... aquam iterum demit» dixisse suspicor. Vbi ἀπάλαισι χέρσε per βραχυλογίαν dictum idem ualere atque ἀπ. χ. <κρότεντες> 3⁻., genitiuum autem ἀπάλων μῆρων, ut πολῦπτωτον efficeret, poetam tam longe a uerbo amotum per ὑπέρβατόν ante datiuum ἀπάλαισι χέρσι posuisse putauerim. Obstat quispiam dixerit punctum u. 7 post] a litteram in papyro scriptum; at falso hoc punctum quae separari nequeunt separare quisquis

(1) *Norden*, "Ἀγνωστος 3εος, p. 168 sq.

(2) Sic in carmine illo Horatiano m, 13, 13 Bandusiae fons cum celeberrimis Graeciae fontibus comparatur.

sententiam penitus examinauerit nonne concedet? Quod ad ea denique quae in uu. 4, 7, 8 desunt uocabula attinet, u. 7 cum edd. pr. πολλά(ι) et τό3-εν (2) legere uelim; fragmentulo in Pap. Oxyrrh. xviii, p. 38 publici iuris facto 9^[. .]v, quod ad u. 8 ibi refertur, quid faciendum sit nescire me libere confiteor.

Ergo Alcaeus, si uerum uidi, sicut in eo quod in papyro praecedit carmine ex II. A 352-356 et 500-510 materiam sumpsit, sic in hoc ad uersum illum Od. ζ g6 alludens artificiosissime quae ibi dicuntur amplificauit. Confiteor equidem, ex omnibus paene quotquot iam possidemus fragmentis Alcae hoc me maxime delectari.

(i) χρώτα *Diehl*.

(2) *Lobel* τοςον uix legendum esse censet.